



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Epistola XIII. Leonis Papae IX. Ad Edvvardvm Regem Anglorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

suis suffraganeis de hoc quod Turonicus pontifex clamat, deque simoniaca hæresi excusare se rationabiliter valuerint, Vercellensi Concilio Kalendis Septembris futuro præsentés sint, nosque ibi, si Deus permiserit, erimus, causas eorum audituri. Vale.

EPISTOLA XIII.

LEONIS PAPÆ IX.

AD EDVARDVM REGEM ANGLORVM.

*Extat in Conuentu Westmonasteriensi anno Domini 1066.*CIRCA
ANVM
CHRISTI
1050.

LEGES ECCLESIASTICÆ

MACCABÆI REGIS SCOTORVM

e secularibus suis depromptæ.

CHRISTO initiatum ad profanum iudicem non vocato: vocatum comparentemve non iudicato, sed ad sacros antistites remittito. Hector Boethius historiae libro 12.

Decimam partem terræ nascentium pastoribus ecclesiarum libere conferto, Deumque semper votis & oblationibus consuetis adorato.

Qui pontificis auctoritatem annum totum execratus contempserit, neque se interim reconciliarit, hostis reipublicæ habetor: qui vero duos annos in ea contumacia perseuerarit, fortunis omnibus multator.

Si quis quempiam, cuius ipse sumptibus aut victu non alitur quotidiano, ad ecclesiam, seu ad publicum Conuentum, seu ad forum nundinasve comitatus vt affecla fuerit, capitis reus esto.